



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 131. Cardinales a Felice creati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

§. CXXX.

Sæcul. XV.
A.C. 1440.*Felix a multis Principibus agnitus.*

Interea Felici tanquam legitimo Ponti- *Aet. Patrie.*
fici adhæserat Elisabetha Hungariæ ^{to. 13. Conc.}
Regina, relictæ Alberti Imperatoris vidua, ^{art. 146. &}
præter Albertum Bavariæ Ducem, & ^{113.} *Æn. Sylv.*
alterum ejusdem nominis Ducem Au- ^{Europ. c. 42.}

striæ, quorum uterque Fridericum Cæ-
farem sanguinis affinitate contingebat.
Parisiensis itidem Academia, necnon Ger-
maniæ, & Cracoviæ Universitates Felici
favebant, variisque scriptis in lucem edi-
tis Basileense Concilium defendendum
fuscipiebant. Præterea quidam ex Or-
dine Carthusiano Felici accesserunt; Ita-
li enī, ac ceteri ex vicinoribus Provin-
ciis Carthusiani suorum confratrum de-
fectionem condemnantes semper Eugenio
fideles perstiterunt.

§. CXXXI.

Cardinales a Felice creati.

Felix factionis suæ numerum aucturus,
quinto decimo Octobris die octo di-
versarum Nationum, in mense vero No-
vembri ex Gallis sex creavit Cardinales.
Horum primi erant Alexander Aquile-
jensis Patriarcha tituli S. Laurentii in Da-
maso; Otho Dertusensis Episcopus tit.
S. Po-

Sæcul. XV. A.C. 1440. S. Potentianæ; Georgius Episcopus Vi-
centinus tit. S. Anastasiæ; Franciscus Genevensis Episcopus tit. S. Marcellus Bernardus Episcopus Aquensis tit. SS. Nerei & Achilei; Joannes Argentinensis Episcopus tit. S. Sixti; Joannes Vicarius Frisingensis, tit. S. Martini ad montes; Joannes de Segovia tit. S. Calixti: Gallos vero, quos creaverat, nonnisi die duodecima Novembris publicavit, nimirum Nicolaum Tudeschi Panormi Archiepiscopum, qui vulgo Abbas Panormitanus vocatur; Dionysium Patriarcham Antiochenum, Episcopum Parisiensem; Amadeum Archiepiscopum Lugdunensem; Philippum Turonensem Archiepiscopum, unacum Joanne Nannetensi Praefule, & Gerardo Albiensis Castrri Episcopo, qui Galliarum Regi a confessionibus erat.

§. CXXXII.

Felix ab Anglis & Scotis pro Antipapa habitus.

Etsi vero quidam Principum, & Praetorium Germaniæ Felici favere crederentur, reapse tamen in Moguntino Conventu anno posteriori celebrato præter omnem expectationem Felix eosdem sibi minus propitios expertus est, cum ibidem unanimi omnium consensu decerneretur, Neutralitatis, ut vocabant, viam

esse
rale
gnu
ultr
ibid
den
ren
re,
sem
reci
adv
que
mu
Fel
Leg
exc
rere
sum
exc
que
Pra
con
ses
Po
opt
eon
nor
pro
rec
co
ve
te
elle